

V. 1^K F.

(cat. 4, 33^b - 46.)



17. 43.
30

DIPTYCHA SACRA

DE

DIACONIS

VITEMBERGAE STUDII SANCTORIBVS EXCVLTIS

ET PROFESSORVM ET INSPECTORVM

MVNERIBVS ORNATIS

RESERATA

ET

VIRO MAXIME REVERENDO EXCELLENTISSIMO

ATQVE

DOCTISSIMO

1744

**IO. IOACH. GOTTLOB
AM-ENDE**

BON. ART. MAGISTRO CLARISSIMO

DIACONO HACTENVS GRAEFFENHAYNENSI MERITISSIMO
CVM AD SPARTAM INSPECTORIS SAXONICO-ELECTORALIS
ECCLESIA RV M SCHOLARVMQVE DIOECESION WEISSENFELSENSIS
FRIBV RGENSIS ET ECKARDSBERGENSIS PORTAE ADDICTARVM NEC NON
PASTORIS ET COLLEGAE PROVINCIALIS SCHOLAE
FELICITER ADSCENDERET

ET SACRO RITV INA VGV RARETV R

A. R. S. MDCCXLIV

SOLEMNI GRATVLATIONE

ET PROLIXO CVM SALVTIS VOTO

EXHIBITA

ABS

MAXIME REVERENDI NOMINIS EIVS

STVDIOSISSIMO

M. IO. SAMVEL. BILLEBIO

MIN. V. D. LEVB. SAXON.

FRANCOVSAE

LITTERIS KEILIANIS.



34.

Vir Maxime Reuerende,
Fautor deuotissime Colende,



DIACONIS
VITENBERGAE STUDII SANCTISSIMI
d TE, *Venerabilis Ephore*, salutandum, suspiciendumque-
tres charites, dignitas nimirum in Te collata noua, at-
que praeclara Tua, qua maxime flores, humanitas, qui-
bus accedit, iucunda recordatio academicorum inuicem
annorum, portam, in illustri Porta, mihi aperire gesti-
unt: nam nondum excidit memoria mea, quod prolixo honore a Te ad-
fectus fuerim, quum vna cum commilitonibus elegantioribus literis per-
politus, iamiam in Ecclesia DEI et Gymnasis celebrioribus Numini su-
premo, salutique publicae strenue inferuentibus, *Gerlachio & Clotzio*,
opponentis eruditi & amici gratulantis vices in Te susceperis quam hu-
manissime, quum ego dissertationes de Harmonia praestabilita, respon-
dente *Pabstio*, examini publico in alma Leucoræa subiicerem; Ingrati
ergo notam mihi met insingerem, quod si vltiori silentio felix, faustumque
auspiciam muneris Tui, Inspectoris Portensis felici salutis voto & publi-
cas Procerum, Doctorum & Alumnorum, acclamationes, praeterirem,
hinc prospera quaeque Tibi ingenue comprecari, & si fero, tamen deuoti-
issime vota complere volui. Liceat autem per Te, Vir optime sanctio-
ris Ecclesiae Veteris disciplinae Diptycha, in quibus memoria Praefulum,
meritorumque eorundem consignationes conscriptae fuerunt (a) ad Re-
censiones *Vitarum*, officiorumque praeclare gestorum Diaconorum,
qui summis in Ecclesia Christi fuere admoti, muneribus, referre, atque
TIBI, eadem experto felicia fata, vehementer gratulari.

Haud intempestiue autem mentem meam subire reor, quod incly-
tus Polyhistor olim Vitembergensis, qui mox *Sarcmafius* mox *Zomacreon*,
ore amicae literatissimae vocari amabat, vaticinii loco de Musarum San-
ctiorum cultoribus Leucoræanis edixit: „Alma, aiens, *Vitemberga*, fili-
„os fouit & complexa est, quorum laude ipsa se recreari pariter & illu-
„strari animaduertit. (b) Id quod effatum rerum euentus probat, nam
felicitate filiorum bonae indolis atque insignium profectuum ad hunc vs-
que, temporis tractum in sinu gaudet, illa mater mystica, prouidum enim
Numen ornamenta candelabri sacri hinc depromens multis veluti Hip-
ponensium Praefuli dicit: Amice ascende superius! Eadem boni Numi-
nis Gratia & Tu, Venerabilis VIR, insigniter adiutus, crescebas felix in
spem patriae in Academia illa, & adhibita indefessa diligentia Heliconis
gradus conscendebas, vt studia elegantiora, sequebantur praemia iucun-
da: Patria enim dulcis in sinum Te recipiens honore Diaconi coronabat;
Verum

(a) An tria, an quatuor genera Diptychorum in Vet. Eccles. fuerint? nempe, Episcoporum, 2) Virorum, 3) Mortuorum, 4) Catechumenorum, vid. Antiquit. Eccles. auctores puritiff. *Corat de Feern*. Glossar. ad h. v. *Bona* Rer. Litugicar. L. II. c. 8. *Calvör*. Ritual. Eccles. P. I. L. II. c. xxxix. ubi acrem concertationem allegat de Chrysofomi nomine in Distycha conferendo. add. *Fair* Tract. pecul. de Codomade Magna, ubi se Diptychis Catechum. recusa Aët. Eruditor. Lips. ao. 1691. p. 306. et Rechenbergii Hiero-Lexicon ad h. titulum. b) Schurzfl. in Epist. Arcan. Volum. III. p. 131. Virgo amica erat Carola Patina, quam Decus Virginum in Belgio laudat ibid. p. 118.



Verum enim vero multo luculentior Te manebat sparta, cui arbitrio Sacrorum Patrum conscriptorum insigni accessione honoris, nuper admodum destinatus & admotus fuisti: Hinc Actorum Lipsiens. Eruditorum Excellentissimi Auctores de Tuis meritis honoribus quam honorificentissimi pronunciant, verunt: „Praemium, dicentes, Vir egregius laborum „suorum tale nuper, quale meritus fuerat, tulit. (c)

Permittas itaque, Praesul venerande, peruelim, vt Diptycha Ecclesiae Euangelicae & Annales reuoluam. Prodit enim IOACHIMVS MOERLINVS, Vitembergensis, cuius apud fontem sacrum, testis ipsemet Fridericus III. Elector fuit, hic primum *Diaconus* in Patria, deinde summis Ecclesiae muneribus *Superintendens* Arnstadae, Göttingiae, Brunsvigae, Regiomonti, & *Episcopatus* Sambienfi in Borussia, immortalis laude praefuit atque profuit, veluti *Seckendorffius*, *Micraelius*, *Rethmeierus*, atque *Lilienthalius* eundem collaudant. (d)

Accedit NICOLAUS GALLVS, *Diaconus* Vitembergensis deinceps Magdeburgensium *Pastor*, demum *Superintendens* Ratisponensis, qua de Ecclesia ad *Ioachimum Westphalum* tale elogium perscripsit: „Inter „Ecclesias superioris Germaniae pene principem locum in Studio recuperandi veram Religionem iam tenet Ratisponensis mea Ecclesia. Isque constanti animo certamina Interimistica gerens honorificum apud bene sentientes nomen adeptus est, auctor: S. R. *Loeschero*, *Wernsdorffio*, *Seelenio*, *Bieckio*, *Serpilio* & rel. (e)

Eundem comitetur TIMOTHEVS KIRCHNERVS, qui studuit Vitembergae, & a *Diaconi* Jenensis munere ad *Ephori* spartam diuersis in locis ascendens, Gandershemii, Guelpherbyti, Helmstadii, Heidelbergae, tandem Vinariae, praeclare se gessit, vt tanquam veteranus miles in arena sacra Colloquiis, Altenburgensi, Quedlinburgensi interfuerit, Opusque Concordiae quam maxime promouerit. (f)

Nec sua caret laude M. GRVNERVS, mox *Diaconus* Vitembergensis, qui post multa discrimina rerum suarum Professorem egit Regiomontanum, demum *Generalis Superintendentis* munere Islebiae probe functus, vitae coelique portum appulit. (g)

THEODSIVS FABRICIVS, insigne quoque encomium laudis atque pietatis meruit, qui *Diaconatu* Vitembergensi feliciter peracto, Hertzbergam translatus est, sed ob Crypto-Caluinismum solum vertere iussus Göttingamque delatus, honoribus *Ephori* Ecclesiae atque Gymnasii ornatus fuit, quam urbem sic de amauit, vt licet ad Decanatum Mansfeldensem, munus *Pastoris* Brandenburgensis & Halberstadtium & Vitembergam, Brunsvigamque vocatus fuerit, a Goettinga tamen haud recesserit. (h)

JACOBVS TENTZELIVS etiam aetatem fert, is multos per annos studiis sacris Vitembergae serio incubuit, luculentosque fecit progressus, vt *Diaconus* Greußensis hinc *Pastor* & *Inspector* ac *Superintendens* Arnstadae factus sit, vbi ob purioris

(c) A. E. noua Lips. a. c. mens. April. ubi elegantiss. Vers. Popi, Angli, Poëmat. de Homine recensent p. 133. addeſis Leipz. gelehrte Zeit. a. c. n. 33. (d) Seckendorff in Histor. Lutheranismi. L. III. f. 33. Micral. in Syntagm. Hist. Eccl. L. III. p. 233. Lilienthalius Actor. Brussicor. T. I. p. 149 - 449. x. 2.

(e) videſis Loescheri Religions - Motus P. II. p. m. 99. Wernsdorffius in Colleg. MSC. Histor. Eccles. ubi notabat: Melancthon hätte gesagt: Der Hahn krähete nicht wohl, weil er Flacio beystand. Sedenii Philocal. Epistol. p. 28. Biecks dreyfaches Interim. (f) vide Leuckfeldii Chronicon Gandersheimense. c. XXVI. p. 321. (g) Nicandri Ecclesia Mansfeldensis. edit. 1675, ubi Anagr. memini: de Grunero: Christo ego credo meo, ſim quamuis orphanus eius, Cum ſurgo dabitur, pulcra corona mihi.

(h) Gudonii Comment. Epistol. de origine et Progressu Inspector. Götting. eiusdemque Ephoris p. 270 - 290.

purioris doctrinae laudem, Ienam nec non Regiomontem, vt & Vitembergam ad Professoris functionem destinatus, tamen in patria pro Ecclesia orans, & strenue pugnans, permanfit. (i)

SAMVELEM POMARIVM quoque fama extulit, qui multis superatis malis, *Diaconus* adiunctus Vitembergenfis factus, porro autem *Antiftes* sacer Lubecenfis honorifice vixit. Lubecenfes etiam AVGVSTVM PFEIFFERVM admirabantur illum πολυγλωττατον, vt pote quem Vitemberga aluit alumnum & literarum cupidiffimum, illeque matrem almam ornauit Philologus insignis, & *Diaconatus* munere apud Lipfienf. probe defuncto, Lubecenfium *Praeful* inclytus fuit. Exegetarum, quoque inftar, FRANCISCVS IVLIVS LVTKENIVS, Vitembergae literis bene cultus *Diaconi* munus gessit Magdeburgi, & *Praepofiti* Brandenburgenfis, nec non *Confiliarii* facri & demum *Oratoris* Aulici & *Professoris* Haffnienfis in Dania honoribus maectus est. Saxones hucdum, venerantur cineres IOH. CHRISTIANI BVCKII qui patria Tecum, VIR optime, communi gaudebat, & a matre studiorum fuorum fideliffima, Vitemberga, educatus in bonis literis sobrie, Torgae *Diaconus* DEO feruiens, *Pastor* & *Superintendens*, & quod ad honoris eiusdem cumulum accedebat, *Proto-Theologus* Saxonis Auguftiffimi in Aula maxima veneratione dignus habitus fuit.

Plures Veterum atque Recentiorum Theologorum, vt *Apittii*, *Iodoci*, *Wolfrumi*, *Jordani*, *Blunii*, *Bohemii*, *Brehmii*, *Wilckii*, *Deylingii*, *Wagneri*, *Frimelii*, *Roemeri*, *Schleupneri*, *Kunadi*, *Gleichii*, *Cademanii*, *Hafferungi*, *Charitii*, *Ernefti*, ceterorumque, qui Vitembergae studia excoluerunt facra, et ex *Diaconis* hinc inde *Profeflores* & *Infpectores* creati, eorundemque muneribus inclyti fuerunt, recensere & excitare fuperfedeo.

Quum itaque DEO TER OPTIMO, atque REGI AVGVSTISSIMO, & *Proceribus Ecclefiae Saxonicae*, tantis Te, Fautor exoptatiffime, conferre Theologis, & *Diaconi* munere probe exantlato, ad spartam multo grauiffimam, *Antiftitis*, *Pastoris*, atque Collegae illuftris Portae, euehere, quam clementiffime, placuerit: Nihil fuper est, quam qui *Benigniffimum Numen* precibus flagitem & obtefter, vt donis Tuis confpicuis & fanctificantibus & adminiftrantibus addat cumulum gratiarum *Spiritus Sacro-Sancti*, Teque indies ornet bonis & mifericordiam fuper Te amplificet, quo *Morlini* orthodoxian, *Galli* constantiam, *Kirchneri* modestiam Theologicam, *Fabricii* Eloquentiam Sacram, *Pfeifferi* Polyglottian, *Lutkenii* pietatem in emolumentum Ecclefiae referas reddasque! His donis & bonis inftitutus, mundum Optimum, quo de plura in perpolita tua interpretatione poematis Popi Angli, de Homine, ingeniofe fatis docentur, mundum, inquam optimum etiam Portae inuenies iuxta tenorem illius fententiae, quae mihi perplacuit, dicentis: „Deus, nifi quod vbicunque optimum est, creare non potest. Creator igitur omnis boni, Deus, imo *Summum Bonum*, αυταρχεατον, ηδισον τελειοτατον, vt stylo *Dannhaueri* ex Hodof. Phaen. Ill vtar, Optima quaeque in Te, Tuosque, fanguine fide & amore coniunctos, conferat vberrime, vt valitudine profpera inftitutus munera concredita omni cum gaudio obire valeas, fructusque feras, faciasque in vtraque cathedra locupletiffimos in Dei altiffimi honorem, amplificatioremque Ecclefiae & Scholae insignis ornamentum, & fi quidquam fellis feu amaritudinis feffe intermifcere voluerit melli, omnia vt diligentibus Deum, in bonum vergant atque collineent, finemque exoptatiffimum tandem confequantur.

(i) conf. *Lexicon der Gelehrten* Lipf. edit. T. II. p. 1445. nec non *Fidus Achates* Mercur. Schwarzburg. qui Theol. inde oriundorum vitas. feligit. auct. M. I. S. B. edit. 1738.



Pon Ye 3652
L^o

✓

ULB Halle 3
002 173 891



56

Nur für den Lesesaal!

VDAT




M.C.



17. 43.
30

DIPTYCHA SACRA
DE
DIACONIS
VITEMBERGAE STUDII SANCTORIBVS EXCVLTIS
ET PROFESSORVM ET INSPECTORVM



NERIBVS ORNATIS
RESERATA
ET
VERENDO EXCELLENTISSIMO
ATQVE
CTISSIMO
H. GOTTLLOB
I-ENDE
AGISTRO CLARISSIMO
GRAEFFENHAYNENSI MERITISSIMO
PECTORIS SAXONICO-ELECTORALIS
MOVE DIOCESEON WEISSENFELSENSIS
ERGENSIS PORTAE ADDICTARVM NEC NON
LEGAE PROVINCIALIS SCHOLAE
ITER ADSCENDERET
RITV INAUGVRARETVR
R. S. MDCCXLIV
NI GRATVLATIONE
O CVM SALVTIS VOTO
EXHIBITA
ABS
ERENDI NOMINIS EIVS
VDIOSISSIMO
AMVEL. BILLEBIO
V. D. LEVB. SAXON.

1744

FRANCOVSIAE
LITTERIS KEILIANIS.



3a.